

De consuetudinibus

De iure iurisdictionis

Philosophia

De homicidio

De iure iurisdictionis

1755-1755

De iure iurisdictionis

1755-1755

De iure iurisdictionis


1755-1755

De iure iurisdictionis

De iure iurisdictionis

De iure iurisdictionis

De iure iurisdictionis



3
/





1638.

1. Dickerus, Johann Michael: De censuris.
2. Dickerus, Johann Michael: De ritu nuptiarum.
3. Dickerus, Johann Michael: Philozemote.
4. Fibigius, Christophorus: De homicidio.
5. et 6. Fibigius, Christophorus: De jure venandi, aucupan-
di et piscandi. 2 Sumpt. 1638 & 1756.
6. et 7. Jomannus, Ortelphus: De principum imperii jure.
2 Sumpt. 1636 & 1698.
7. Puccschenck, Zacharias: Quaestiones controversae ex
jure perim excerptae.
8. et 9. Puccschenck, Zacharias: De modo ac usu computationis
graduum.
9. Puccschenck, Zacharias: De furtis.
10. Puccschenck, Zacharias: De purgatione Pennina
et vulgari.
11. Puccschenck, Zacharias: De jure retractus.

1638.

12. Richterius, Christophorus Philippus: Recursus geminae
quaestionum.
13. Richterius, Christophorus Philippus: De solutione, decreto
et auctoritate.
14. Theronius, Petrus: Julia juridica.
15. Ungepaus, Erasmus: De veniens aetatis petitione
et l. 2 C. de his, qui ven. aet. impetr.
- 16¹⁷ Ungepaus, Erasmus: De regalibus. 25 exempl.
17. Ungepaus, Erasmus: De adiuto.
- 18¹⁸ Ungepaus, Erasmus: De jure de Finibus. 25 exempl.
1638 + 1724.
- 19¹⁸ Ungepaus, Erasmus: De venatione. 25 exempl.





SACRO-SANCTÆ TRIA-

DIS AUXILIO

*Consentiente & approbante Magnifico, Nobilissimo &
Amplissimo Jctorum Ordine in celebri hac*

SALANA,

PRÆSIDE

Viro Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo & Excellentissimo

DN. ZACHARIA Prueschence/

Jcto, Antecessore publico celeberrimo, Consilia-
rio Saxonico, Curia Provincialis & Scabinatus Assessore gra-
vissimo; Dn. Patrono & Præceptore suo quovis obser-
vantia cultu æternum prosequendo

HASCE QVÆSTIONES

CONTROVERSAS EX

JURE PASSIM DECERPTAS

In

ACROATERIO JURIDICO

*Publica & placida disquisitioni excutiendas proponet
atque submittet*

JAN-PHILIPPUS ECKHARDI,

ALTENBURGO-MISNICUS.

Ad diem Junii.

Omnia habere memoriam, & penitus in nullo peccare, divinitatis
magis, quam mortalitatis est. §. 14. de confirm. ff.

J E N Æ

Imprimebat ERNESTUS Steinman/

ANNO M. DC. XXXIIX.

14
1638, 7

9

SAOR O-SANOTRILIA

DISAULTIO

Chloro... ..

... ..

... ..

R R S I D

... ..

DN. ZA.

... ..

... ..

... ..

... ..

HASSE OVERSTIONES

CONTROVERSAS EX

JURASSIM DICERETAS

...

... ..

... ..

... ..

JAN THIPPIUS RICHARDI

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..



Quod secundet J E H O V A !

P R O O E M I U M.



U M disputando veritas inveniatur, nec non notando & disputando benè & optimâ ratione quævis decernantur. *l. munerum. fin. §. mixta munera. 26. ff. de muner. & honor. eam ob causam mihi quoque est animus, utilissimas hasce & in foro frequentissimas quæstiones publicè ventilandas proponere. Cujus propositi, cum sine D E O nihil unquam commodè geri possit. Nov. 6. in pr. & Nov. 164. in pr. sit ipse principium, medium, atque finis. Nov. 109. in pr.*

C O N T R O V E R S I A I.

Q Via non solum Patriciatus. *§. 4. Inst. quib. mod. jus patr. pot. verum etiam omnis dignitas alia, quæ à curia liberat, liberos patriâ potestate eximit. Nov. Just. 81. in præs. & c. 1. junct. Auth. Sed Episcopali. C. de Episc. & Cler. & l. ult. C. de decur. lib. 10. nō ineptè quæri solet, an etiam Matrimonium solvat patriam potestatem? Si veritatem theoreticam attendamus, negativa sententia verior videtur; siquidem inter modos solvendæ patriæ potestatis nullibi reperitur, sed semper patriæ potestatis effectus penes patrem hac in parte remanere legitur. *l. soluto matrimonio. 2. §. quod si. 1. l. quotiens pater. 29. l. si cum dote. 22. §. transgrediamur. pen. ff. solut. matr. l. marito. 24. §. ceterum. 2. ff. ad L. Jul. de adult. l. si quis prægnantem. 12. C. de collat. l. ait prætor. 1. §. ult. ff. de lib. exhib. l. si ut proponis. 7. C. de nupt. cum similib. Ex quo est, ut in actione de dote accuratè distinguere soleat, utrum mulier sui juris sit, an verò in potestate patris sui; quæ sanè distinctio nulla esset, nisi fœminæ, cum nupserunt, in potestate paterna manerent. De jure tamen Saxonico per nuptias aut domicilii mensæq; mutationem & separationem liberi è potestate parentum statim eximuntur, & sui juris fiunt. Sandrecht lib. 2. art. 29. Const. Elect. 10. p. 2. Wesenb. in 7. ff. de Adopt. n. 6. Moller. 2. semestr. 16. n. 4. Idque**

maximè in filiabus locum obtinere videmus, quæ statim celebratis nuptis cum omnibus suis bonis in potestatem & curatelam maritorum transeunt. Landr. lib. 2. art. 31. §. Wann ein Mann ein Weib nimmet/ ita, ut matrimonio soluto, in potestatem patriam, quæ semel ablata fuit, non recidant. Tiracquell. de ll. connub. gl. 3. n. 3. Quam consuetudinem in tota Germania receptam esse, testatur Zas. in l. utrum turpem. ff. de V. O. n. 4. Atque hinc Germanicum illud Freyen originem suam traxisse, putat Vult. ad §. 2. Inst. de patr. pot. n. 3.

II.

Nihil consensui tam contrarium esse, quàm errorem, qui imperitiam detegit, innuit *l. si per errorem. 15. ff. de Juridict.* Unde non immeritò à Dd. controvertitur, Utrum is, qui vitiatâ ab alio ex errore duxit, retinere eâ teneatur? Negativam juri divino & humano consentaneam censemus. Vitiata enim apud Israëlitas inventa, quæ pro virgine se locari nuptiis passa fuit, plebeia lapidibus obruebatur. *Deut. 22. v. 20. & 21.* ex Sacerdotibus verò prognata, vivens exurebatur. *Joseph. 4. Jud. Antiq. 8.* Et movet nos, quòd JOSEPH à justitia maximè commendetur, quòd castissimam suam sponsam ex mala præsumptione occultè dimittere voluerit. *Matth. 1. v. 19.* Nec hic est error nudæ & simplicis qualitatis, sed substantialis, dum pro casta virgine se vendidat, quæ tamen aliû admisit, maximè cùm virginitas seu castitas semel amissa, restitui non possit. *l. unie. C. de rapt. virgin.* Sublatâ ergò formâ, fide scilicet pactiois non servatâ, res ipsa tollitur. *l. 9. §. 3. ff. ad exhib.* Et quid? Si in emptione vilis ancillæ ob justissimum errorem agi potest ad resolvendam emptionem, ut pretio restituto, mulier velut inempta reddatur. *l. ex empto. 11. §. si quis virginem. 5. ff. de act. empt.* quantò magis in contractu matrimonii, quod perpetuam communitatem inducit, ad illud dissolvendum agi poterit. Non dicam, quòd talia matrimonia plerumque tristes & calamitosos sortiantur exitus, quos enumerat *Nov. Leon. 93. in præf. & c. 1.* Nec à nobis planè sunt alieni Canones. Certè *in c. 1. caus. 32. q. 1.* retinens
merc-

meretricem, fatuus & injustus dicitur, cum patronus turpitudinis ejus sit, qui crimen celat uxoris. Et hanc sententiam passim in Curis & Judiciis Ecclesiasticis practicari, testatur Nic. Reusn. *lib. 1. consult. jur. q. 5. n. 78. & 79.* adeo, ut hoc casu non solum concedatur divortium quoad mensam & thorum, sed etiam facultas detur innocenti transeundi ad secunda vota. Schneid. *tit. de nupt. part. 4. de divort. n. 61.* Adhibenda tentandaque tamen prius ex mente Theologorum, summo studio reconciliatio, ut pars innocens nocenti injuriam remittat; quæ quidem secundum Cypræum *de spons. c. 13. §. 41.* citra gravem nominis & honoris imminutionem fieri vix potest. Quid enim, inquit, durius, iniquius, intolerabilius, quam alterius delicti alium, eundemque gravissime insuper læsum, pœnas luere, odioque fontis innocentem prægravari?

III.

Cum certi & indubitati juris sit; Impuberibus etiam invitis dari posse Tutores, dubia hinc promanat quæstio: Num & puberibus invitis dari possit curator? Sacratissimus Imperator noster Justin. *in pr. §. de Curat.* puberes non ejus ætatis esse dicit, ut sua negocia tueri possint. Cui adstipulatur Ulp. *in l. 1. §. & ideo. fin. ff. de minor. 25. an.* ita inquit: Et ideo hodie in hanc usque ætatem adolescentes Curatorum auxilio reguntur, nec antè rei suæ administratio eis committi debet, quamvis rem suam benè gerentibus. Hinc illud esse, nonnulli putant, quod de Aurelio Anton. Philosopho hunc in modum scripsit *Capitolinus*: De Curatoribus, cum antè non nisi ex lege Latoria (alii Lectoria) vel propter lasciviam, vel propter dementiam darentur, ita statuit, ut omnes adulti Curatores acciperent, non redditis etiam causis. His tamen non obstantibus, contrariam negativam, salvo dissentientium judicio, arripimus, moti in primis §. *inviti. 2. §. de Curat.* ubi expressè habetur, quod invitis adolescentes curatores non accipiant; ne scilicet cuiquam invito bonorum suorum administratio adimatur. *l. in re mandata. 21. C. Mand. l. invitum. 11. C. de contrah. empt.* quippe olim existimatio accipientium

ipientium Curatores sigillabatur quasi prodigorum, & rebus
suis non rectè consulentiū, teste Ulp. in *Fragm. tit. 12*. Hinc ne-
mo etiā minori regulariter Curatorē petere potest, sed ipse,
si velit, petit. *arg. l. 1. §. 4. cum seq. ff. qui pet. tut. vel cur. l. si impube-
ri. 13. §. sed si puella. 2. ff. de tut. & cur. dat. & l. mutus. 43. §. si qui. 3. de
procur.* quamvis in Curatore ad litem aliud statuendum. *d. §.
inviti. 2. de Curat.* siquidem in causa propria propter benefi-
cium restitutionis, puberes idoneam personam standi in ju-
dicio non habent. *l. in rebus. 2. qui leg. pers. stand. & c.* Ne igitur
judicia fierent elusoria. *l. acta apud. 45. §. fin. ff. de re jud.* elegan-
ter constitutum est, ut minor curatorem in litem sibi petat,
& si nolit, ad hoc cogatur. *arg. l. 3. §. 2. ff. de tutel.* eā tamen le-
ge, ut penes minorem sit electio, quem velit. Nec contra-
rium est nobis Jus Saxonicum, quo adolescentes inviti cu-
ratores æquè accipere non tenentur. *Landr. lib. 1. art. 42. in pr.*
teste *Zob. in suis addit. lit. a.* tametsi ex *Const. Polit. Caroli V.*
*Augustæ Anno 1548. publicata tit. Von der Pupillen vnd min-
derjährigen Kinder Tutorn vnd Vormunden. §. So wöllen wir
allen zc.* omnes omninò adolescentes necessariò hodiè cura-
tores accipere, nonnulli existiment.

IV.

Inter sanctas res (intellige eas, quæ sanctione quadam
ab hominum injuriis defenduntur. *l. sanctum. 8. ff. de R. D.*) nu-
merantur & Muri, ex eo sancti dicti, quòd pœna capitis in-
eorum violatores constituta sit. *§. sancte quoque. 10. f. de R. D.*
Nùm verò ista pœna ad municipaliū murorū viola-
tores etiā extendi possit, non ineptè quaeritur? Nonnul-
lis nō infimæ sortis Jctis negativa placet, qui moventur in-
primis exemplo de Romuli fratre Remo in *l. fin. ff. de R. D.* po-
sito, quasi ista pœna de solis propterea Romæ urbis trans-
censoribus sit accipienda, cum magis conveniat odia re-
stringi, quàm ampliari. *c. odia. de R. J. in 6.* Hinc & Bart. muro-
rum municipalium violatoribus arbitrariam pœnam dicti-
tandā autumat *ad d. l. fin. ff. de R. D.* Quam etiā sententiam ceu
humaniorem & mitiorem communi Dd. calculo approba-
tam dicit *Schneid. ad §. sancte. f. de R. D.* Nobis si legum Ro-
manarum

manarum severitatem intueamur, affirmativè concludendum videtur, autoritate summi Jcti Pomponii *in d.l. ult.* ubi generaliter ait, cives Romanos alià, quàm per portas egredi non licere, cum illud hostile & abominandum sit. Accedit, quòd & municipales muros sanctos esse responderit Sabinus, Cassio referente. *d.l. §. ult.* Et quod dicitur de genere, in singulis quoque speciebus verum est: Sed sæpè *alleg. l. fin.* in genere loquitur de murorum violatoribus. E. Taceo, quæ aliàs exinde sequerentur incommoda ac pericula, nisi severitate aliquâ insigni Magistratus muros tueretur. Inficias tamen haut eo, quòd hodie secundum Practicos, Bartoli sententia palmam obtineat, & pœna arbitraria murorum municipalium violatoribus imponatur, attestante Berlich. *p. 1. decis. 70. per tot. ubi sub fin.* Scabinos Lipsenses ante aliquot annos ad requisitionem Senatus N. ita respondisse, & cuidam muros civitatis transcendentem pœnam relegationis dictasse tract.

V.

Cum Venatio sit comes rei militaris & meditatio rerum bellicarum, adeoque maximè omnium Principibus Viris conveniat, non levem inter Dd. patitur conflictum, num jus istud Venationis subditis jure sit ademptum? Sanè quamvis injuria & violentia magna subditis per hoc facta videatur, quippe jura naturalia immutabilia. *§. sed naturalia. 11. f. de J. N. G. & C.* Venationem autem juris naturalis esse, patet *ex l. 1. & l. quod enim. 3. ff. de A. R. D.* siquidem feræ bestiæ liberè vagantur, nulloque certo territorio concluduntur, ut hinc nullius in potestate sint, sed potiùs in aère, qui omnibus animantibus communis. *§. 1. f. de R. D. vivere censeantur, & ita occupantium fiant. §. feræ igitur. 12. f. de R. D.* Attamen his non obstantibus, affirmativa opinio nobis verior videtur. Cum enim saltus & nemora sint loca publica, ideò recepto quodam jure superioritatis, ut reliqua jura publica, ita & loca publica Principes ad se transtulerunt. *l. littora. 3. ff. ne quid in loc. publ.* Nec difficulter demonstrari potest, quòd etiam antiquitus Reges & Principes hoc genere exercitii

citii usi fuerint & delectati, ut probabile sit, nec olim quidem simpliciter & absolutè quibusvis privatis concessum fuisse. Et hinc tantò minùs justam conquerendi occasionem subditi prætereare possunt, quòd Principes sensim totum hoc ad se traxerunt. Bachov. *ad Treutl. vol. post. part. 2. D. 20. th. 3.* Publicè prætereare interest ad pacem tuendam, non esse omnibus commune jus Venationis, cum quia communio parit discordiam. *l. cum pater 77. §. dulcissimis. 20. ff. de leg. 2. l. si non sortem. 26. ff. si centum. 4. ff. de condict. indeb.* tum, quia subditi concordiam alere tenentur. *arg. l. si cujus. 3. §. 3. de Usufr.* Videre enim licet, fratres quandoque & agnatos, de jure Venationum, comuni acerbissimè inter se contendere & digladiari; quid ergò futurum foret, si omnibus maximè rusticis, ejus usus liber esset? Wesenb. *ff. de A.R.D. n. 7.* Avocarentur insuper subditi ab officiis suis; mercatores à mercatura, mechanici ab artibus mechanicis, rustici ab agricultura magno cum Reip. detrimento. *Auth. agricultores. C. quæ res pign. & c.* Cujusmodi immoderatum Venandi studium olim in Germania extitisse, ex Tacito & Suetonio constat. His de causis existimo Fridericum Imperatorem commotum, cur arma subditis, præsertim rusticis denegaverit. *cap. 1. §. si qui rusticus. vers. nemo retia. de pac. ten. 2. F. 27.* Quæ Constitutio probatur passim in Jure Sax. *Gl. Weichbilds. art. 121. §. Ihr sollt wissen 2c. junct. Gl. Landr. lib. 2. art. 62. vers. Wer wilde Thier.* Extat etiam de hac re in hisce terris D. Augusti Electoris Constit. in Ordin. provinc. tit. Von Jagten / daß keiner auff des andern Grund vnd Boden jagen oder hegen soll/bey Straff 100 fl. adeò, ut ne nobilibus quidem in propriis sylvis venari, & apros similesq; feras, hohes Wild/ capere liceat, nisi expressè eis in literis Investituræ Venationes sint concessæ, daß ihnen die hohen Jagten außdrücklichen verlihen sind. Schneidw. *ad §. fera. per tot. J. de R.D.*

VI.

Prohibentur quidam à testamenti factione activa propter defectum suæ potestatis; quidam propter defectum mentis & consilii; quidam ob defectum sensus; quidam ratione

2
tione dubietatis; & quidam ratione pœnæ, inter quos & damnatus est ad mortem. An verò is & hodiè à Testamenti factione arceatur, anxie Dd. inquirunt? Adfirmandum id esse, firmiter quis dixerit per l. ejus. 8. §. hi verò. fin. ff. qui test. fac. poss. & l. si quis filio. 6. §. 6. ff. de injust. rupt. & irrit. fact. test. nisi damnatus testamentū fecerit, & sententiā nondum latā, vel per appellationem suspensā decesserit. l. si quis. 9. & l. qui à latronibus. 13. §. 2. ff. qui testam. fac. poss. Gail. 1. de pace publ. c. 19. n. 8. Wesenb. ad π. ff. qui test. fac. poss. n. 13. Schneid. ad §. fin. 7. quibus non est permiss. n. 10. Hodiè tamen ex generali quadam receptā consuetudine damnati ad mortem testari non prohibentur; quandoquidem bona ipsorum non subjacent confiscationi, sed penes heredes legitimos damnati remanent. Jul. Clar. in tr. de Testam. q. 21. n. 1. Quam quidem testamenti factionem ut plurimum in piis causis procedere videmus. Atque ita Jenæ M. Majo Anno 1575. in causa cujusdam damnati ad furcas, qui priusquam sententia ipsi publicaretur, facto testamento Xenodochium Zizense suorum bonorum hæredem instituit, pronunciatum fuisse refert Matth. Coler. decis. 34. num. 3. cum seqq. Et ita etiam in Scabinatu Lipsensi Mense Junio Anno 1560. ad Joachimum Camerarium, & eodem anno, mense Octobri gegen Birn/responsum fuit, teste Modestino Pistor. quest. 13. sub fin. Quæ opinio in terris quoque Electoris Saxonici obtinet. Constit. 6. part. 3. nisi tamē præter mortis supplicium etiam ad confiscationem omnium bonorū facta sit condemnatio.

VII.

Cum materia Substitutionum non solum utilis & jucunda, verum etiam, teste Jason. in rubr. ff. de V. & P. S. difficilis sit, lubet sciscitari, an Mater liberis pupillariter possit substituere? Nos ascribimus negativæ opinioni, quia is pupillariter potest substituere, qui liberos habet in potestate. §. fœmine. 10. ff. de Adopt. pr. ff. de P. S. l. moribus. 2. in pr. ff. de V. & P. S. At Mater neque tempore substitutionis, neque mortis, & sic nullo tempore pupillū in potestate habet. §. fœmine. 10. ff. de Adopt. §. cateri. 3. ff. de her. qual. & diff. l. nulla. 13. ff. de suis & legit. hered. l. illud notandū. 4. §. ad testamenta. 2. ff. de bon. poss. cont. tabb.

B

tabb.

12. tabb. Cur verò Mater liberos non habeat in potestate, duplicem assignat rationem Nobiliss. Dn. Arumæus Exerc. Just. 8. 8. 14. (1) quia Jus Romanū ipsas fœminas in perpetua esse tutelâ voluit. (2) quia liberi nō matris, sed patris familiā sequuntur. *l. pronuntiatio. 195. §. familiae. ff. de R. J.* Obstare quidem videtur *l. si mater. 33. ff. de V. & P. S.* ubi & matri concessum, in pupillaribus tabulis pupillo suo substituere. Verū cum *d. l. 33.* ex mente Dd. de vulgari substitutione loquatur, obstare haut poterit. Donell. *Enucl. 6. comm. 26. lit. l.* Wesenb. *ad §. 1. n. 11. J. de P. S. Vult. ad d. §. n. 5.* Arum. *d. l.* Interim tamē negari non potest, quin in Praxi aliquibus in locis contrarium observetur, veluti ita ad consultationem Ludwīg vnd Ernst Sachs / Gebrüdere zu Stöterig / ante aliquot annos non solum Scabini Lipsenses, sed etiam Jcti Judicii Curialis Wittebergensis responderunt, teste Matth. Berlich. *decis. aur. 111.*

VIII.

Si defunctus quis non reliquerit descendentes, neque ascendentes, neque fratres sororesq; utrinque conjunctos, sed fratrum & sororum utrinq; conjunctorū liberi soli extent, quæritur, quomodo hi succedant? Ingens sanè hac de quæstione inter Dd. est conflictus. Et extant hac de re duæ opiniones. Una *Accursii*, tenentis, quòd in stirpes succedant, quam Bart. in *l. post consanguineos. 2. §. hereditas. 2. ff. de suis & legit.* & major pars Dd. sequitur. Altera *Azonis* concludentis, filios fratrum, non extantibus patruis, succedere defuncto in capita. Quam & nos amplectimur propter text. expressum *d. l. post consanguineos. 2. §. 2. ff. de suis & legit. & l. fin. §. 3. versillo etiam observando & c. C. de legit.* Qui textus, cum Jure Nov. correcti aut immutati non sint, meritò illis standum. *l. sancimus. 27. C. de Testam.* Accedit *Novell. 118. c. 3. vers. sed & ipsis & c.* ubi Justin. repræsentationis beneficium se conferre ait, quando cum propriis thii concurrunt, adjectâ particulâ **T U N C**, quæ ut *Zaf.* ait, omnes alios casus excludit. *arg. l. 4. ff. de condit. & demonstr.* Multum etiam juvat *Rub. Nov. 127.* ubi dicitur, quòd fratrum filii pariter succedant ad imitationē fratrum: jam autem fratres in capita, non in stirpes succedunt. *d. c. 3. Nov. 118.* Aliis textibus omissis, adducimus insuper *l. lege 12. tabb.*

12. tabb. 14 §. 1. ibi: illo procul dubio. C. de suis & legit. hered. in qua lege hic casus deciditur. Don. 9. comment. 4. lit. F. Wesenb. in 28. de gradib. n. 16. Magnif. Dn. Arumæus Exerc. Justin. 11. tb. 12. Hœnon. diff. 12. th. 12. Quā Azonis sententiam Gloriosissimus Imperator Carol. V. in Comitibus Spirensibus Anno 1529. sub tit. Wie Brüder vnd Schwester Kinder ihres Vaters Bruder oder Schwester verlassene Erbschafft vnter sich theilen sollen/expressē confirmavit, referente Myns. cent. 3. obs. 94. Et cum hac Constitutione Imperatoris concordat Jus Saxon. Landr. lib. 1. art. 17. ibi: Wann sich aber ein Erbe verschwestert oder verbrüderet hat/ (i. e. non extantibus fratribus & sororibus) alle die sich gleich nahe zu der Sip ziehen mögen/nehmen gleichen Theil. Et Weichbild sub tit. Wie Brüder vnd Schwester/vñ Brüder oder Schwester Kinder Erbe nehmen. Atq; ita hodiē pronunciat, attestantibus Schneidw. tit. de heredit. que ab intest. defer. in tertio Ordine succedendi n. 29. & Matth. Colero decis. 1. u. 2.

IX.

Cū miserabilis & lamentabilis quandoq; sit fidejussorum conditio, leges, ne officium suum ipsis, quod spontaneā voluntate in se susceperunt, damnosum fiat. arg. l. sed si quis. 7. ff. test. quem. aper. tribus beneficiis istis benignē subvenire voluerunt. auth. presente. C. de fidejuss. Nov. 4. c. si quis. 1. auth. hoc si debitor. C. de pign. & hypoth. Hinc v. multiplicibus Jctorū rixis & sententiis nobilitata quæstio promanat, An fidejussores, qui se cōstituunt principales debitores, zu Haupte vnd selbst Schuldenern / possint uti beneficio excussionis aut ordinis? Nos subscribimus Negativæ; aliās enim clausula obligationi adposita, als ein selbst Schuldener/ nihil operaretur, & esset supervacanea, cū tamen in contractibus verba non otiosa esse debeant. l. si stipalatus. 4. pr. ff. de Usur. l. si quando. 109. ff. de leg. 1. sed singula cum virtute & energiā accipienda. Gail. 2. observ. 28. n. 3. Sibi ergo imputet Fidejussor, quod tali obligationis vinculo se alligare voluerit. arg. l. fin. C. de dot. promiss. præsertim cū ex conventionē contractus legem accipiant. l. 1. §. si convenit. 6. ff. Depos. l. semper. 34. de R. J. Accedit, si Fidejussor se vult obligatum tanquā prin-

cipalem debitorem, non vult uti beneficiis fidejussorū, quia implicaret hoc repugnantiam. Cōvenitur enim promittens nōn ut fidejussor, sed ut principalis absque ulla excussione. Gail. *d.l.n.fiu.* Atq; hanc opinionem communiter in Practica observari, & secundū eam in Camera pronunciari, refert Anton. Hering. in *tr. de Fidejuss.* c. 27. p. 1. n. 67. cum seqq. Contrarium tamen cautum de jure Novellarum Elect. Saxon. *Constit. 18. p. 2.* ubi dicitur: Ob wol esliche davor halten/dasß ein Bürge/wenn er sich als der principalis vnd selbst Schuldener obligiret, das beneficium excussionis, im Fall/da gleich dem nicht renunciret, nicht vorwenden noch haben könne. So seynd doch unsere Verordnete hierinnen einig / wo den Bürgen die specificirte vnd außdrückliche renunciation seiner Wohlthaten nicht hinderlich/dasß er sich des beneficii excussionis, wenn der Sachwalter zu bezahlen hat/gebrauchen möge.

X.

Cū duo L. Aquiliae capita hodiē supersint, unum quod de servo & quadrupede occisa, quae scil. pecudum numero continetur, cavet: alterum, quod de pecude vulnerata, aliisque rebus inanimatis ruptis & corruptis agit, anxie quaesitum memini, quid juris, si in cujusdam aedibus incendium exortum sit, simul & aliis nocitum, an conveniri is possit, utiliter ad damni refusionem? Dan. Moller *Semestr. 4. c. 31. per tot.* cum Thom. Gram. *decis. 3. n. 7. & seqq.* existimat, illum ad restitutionem damni dati condemnandū esse, nisi suam, suorumq; domesticorum culpam abfuisse probet & ostendat; & hanc sententiam in Scabinatu Lipsensi olim receptam fuisse, probat Mollerus ex responso eorū, quod ad calcē Juris Municipalis Saxoniae, sive Weichbild impressum habetur, *sub rubr. Von Brandschaden.* Rectius fortē (meo judicio) alii sentiunt, quod ille, qui damnum passus, negligentiam Patrisfamilias & domesticorum suorū probare debeat, & hoc probato, Dominus aedium ad refusionem teneatur. Interim non nego, incendia plerumq; fieri culpā inhabitantium. *l. nam salutem. 3. §. cognoscit. 1. ff. de Off. Praef. Vigil. l. si vendita. 11. ff. de peric. & comm. rei vend.* Nemo tamen eorū tenetur de incendio, nisi probetur culpa certi & determinati hominis.

nis. *l. licet gratis. 6. §. ult. ff. naut. caup. stab. & c. l. quotiens. 18. §. 1. ibiq.*
Gl. cum Dd. C. de probat. Ut enim sequatur sententia cōdemna-
toria, debet esse certa persona, quæ deliquerit, & in quā sen-
tentia feratur *Gail. 2. obs. 21. n. 4.* præsertim cū nemo præsuma-
tur tam imemor salutis propriæ, quòd sc. res suas velit com-
burere, imò potius quilibet diligens & industrius iudicetur,
donec de ejus negligentia aliquid in cōtrarium probetur. Et
huc pertinere videtur illud vulgatū Germanicū, *Ein Nach-
bar ist dem andern ein Brand schuldig.* Atq; secūdūm hanc sen-
tentiam contra veteres Scabinos Lipsenses à Judicii Curialis
Wittebergensis Assessoribus Anno 1572. iudicatū, & in præ-
dicto Dicasterio Wittebergensi, quendam Cœnobii præfe-
ctum absolutum fuisse, testatur *Virgil. Pingiz. quest. 24.
n. 1. & n. 24.* ubi addit, in Scabinatu Jenensi ita decretum fuis-
se, ut in posterum semper juxta eandem pronunciari debeat.

Hæc sunt ex Jure Civili.

EX JURE CANONICO.

Malè & perperam Pontifices Urbanus III. & Inno-
centius III. *c. 4. & 5. extr. de secundis nupt.* allegant *Paul.
1. Cor. 7. v. 39. & Rom. 7. v. 2.* ad corrigendā juris civilis
sanctionē honestissimā. *l. 1. & 2. C. de nupt. l. 11. ff. de his,
qui not. infam. l. 15. & 25. C. eod.* quibus cavetur, ut vidue
intra annū luctus nubenti, infamiā infligatur. Interest
enim Reipublicæ, ne turbetur sanguis, neve incertæ sint ge-
nerationes. *d. l. 11. §. 1. de his, qui not. infam. l. 83. §. fin. C. de Episc. &
Cleric.* Si enim statim à morte primi mariti mulier ad nuptias
secundas properaret, nato tunc filio intra annum, incertum
fieret, utrum partus ad priorem defunctum, vel posteriorem
pertineat; nisi fortè mulier veniam à Principe impetraverit.
l. 10. ff. de his, qui not. infam.

EX FEUDALI.

Perdifficilis & multis disceptationum involucris impli-
cata est quæstio; An legitimi per subsequens matri-
monium succedant in Feudis? Circa hanc quæstionem
pro defensione utriusq; sententiæ satis speciosa, nec nō pon-
derosa rationum momenta à Dd. mota reperiuntur. Tota au-
tem difficultas latet in explicatione *c. 1. §. naturales. 2. F. 26. quæ*

B 3

non

nonnulli de omnibus legitimatis intellexere. Hottom. §. *naturales*. 2. F. 26. Rittersh. *lib. 1. part. feud. c. 13. q. 3.* Niell. *diff. feud. 5. th. 7.* Verum textum istum adductum non loqui de legitimatis per subsequens matrimonium, in ipso forte conflictu videbimus. Legitimati enim hoc modo liberi per omnia, & in omnibus pro veris, justis & legitimis liberis habentur, nec quicquam differunt à naturalibus & legitimis liberis ex justo matrimonio procreatis, ut disertè habetur in §. *sit igitur licentia. auth. quib. mod. natur. eff. leg. §. & quoniã. auth. quib. mod. natur. eff. sui.* Et verè legitimi sunt, nō ficti. Schurph. *conf. 1. cent. 1. n. 17.* Matrimonium siquidē retrotrahitur ad tempus nativitatis filiorum. *c. tanta vis. extr. qui filii sunt legit. Nov. 12. c. 4.* & perinde habetur, ac si contractum esset ante nativitatē filiorū. Idcirco etiā liberi hoc modo legitimati, comprehenduntur statuto foeminas excludente, masculis legitimè natis extantibus. Gail. 2. *obser. 14.* Quod non procedit tantum in successione, sed etiam quoad dignitates & ordines, ac alia jura, ut dicit *gl. in d. c. tanta.* Hinc etiam in Episcopum legitimatus ejusmodi eligi potest. *gl. in c. innotuit. de Elect.* At nullus eligi potest in Episcopum, nisi qui jam 30 ann. impleverit, & de legitimo matrimonio natus sit. *c. cum cunctis. extr. de Elect.* Quæ opinio quoq; Jacobo Belviso ad §. *naturales.* de æquitate placuit, eaq; in praxi recepta est, in tantum, ut etiam si feudum acceptum sit, vor sich und seine ehliche geborne mannliche Leibs Lehens Erben/ nihilominus tamē ita legitimati admittantur. Wesenbec. *de Feud. c. 6. n. 9.* cū subsequens matrimonium omnem defectum suppleat. Et secundum eam non solum in Ducum Saxoniae Consistoriis. Schneidvv. *de Feud. p. 6. n. 3. & 4. sub. rubr. de Succ. Descend. Mascul.* sed etiam in Summo Imperii Romani Tribunali, Camera scil. Imperiali pronunciat. Myns. *5. obser. 42.* Gail 2. *obs. 141.*

EX PUBLICO.

Non levis momenti quæstio, An soli Imperatori Jus monetandi competat? Sanè ne quid falsitatis circa monetam committi possit, Imperatores olim summam rei monetariæ curam habuere, & sibi solis percutiendi, probandi, reprobandi, mutandiq; ejus arbitrium reservarunt. *l. 2. ibi: in monetis.*

netis, i.e. in officini tantummodo nostris. C. de fals. monet. c. un. que
sunt Regal. Reichsabschied de anno 1570. §. Als dan auch die Münz-
gerechtigkeit kein Mercans/sondern vnser Keyserlich Regal. Hinc
de Carolo M. refertur, quod nullibi, quam in suo Palatio mo-
netā formare permiserit. Unde est, quod illi, qui falsā fusione
nummos formaverint, majestatis crimen committant, eo-
rumq; facultates fisco addicantur, ipsiq; flammis exurantur. d. l.
2. C. de fals. monet. Const. crimin. Caroli V. art. 111. Reichsabschied de
anno 1551. §. So habē wir vns. Hodie non solum Regi Bohemix
& Electorib. hoc jus competit ex A. B. Car. IV. c. 10. sed & aliis
Principibus Germanix, Italiæ, Ducibus & Comitibus. Sigon.
lib. 8. Hist. Ital. acquisitū esse constat, vel speciali Imperatoris
cōcessione, vel imemoriali præscriptione. Apud Gallos hoc
jure usi sunt Dux Burbonius, Comes Marchiæ Nivernensis,
Andegavenensis, Pōtifex Cadurcensis, Ambronensis & cæteri.
Eo etiā utūtur Princeps Auraniæ, & Comitatus Avenionen-
sis, qui tamen imperiū regium nō agnoscunt. In Germania, ne
quidē plurimæ Civitates hoc privilegio destituuntur; Hoxa-
riū, Halberstadium, Hannovera, Osnaburgū, Mynda, Hildes-
hemium, Gottinga, Northemium, Brunsviga & infinitæ aliæ,
quarū fit mentio in Const. monetali Ferdinandi Anno 1559. Hen-
ning. Arnixæus de Jur. Maj. lib. 2. c. 7. n. 6. Quod verò inferiores
Principes & Civitates monetā cudunt, id non habēt ex pro-
pria autoritate, sed beneficio superioris. Sebast. Med. de ll. par.
1. q. 20. & 21. cujus imaginē nummis etiā plerunq; insculpunt;
quemadmodum Heinricus II. cum Episcopo Patavino jus si-
gnandæ monetæ largiretur, id addidit, ut in una parte num-
morū nomen & imago Imperatoris, in altera verò ipsius ur-
bis figura exprimeretur. Sigon. 8. hist. Ital. Hinc est, quod illi,
quibus jus monetæ concessum est, ipsi soli uti debent; aliis
namq; vendere vel locare, aut alio modo concedere propter
publicam Reip. utilitatē expressē prohibentur in R. A. de an-
no 1551. d. §. So haben wir vns, item R. A. de anno 1570. §. Als dann
auch.

EX SAXONICO.

Multiplicibus Juris Saxon. Interpretū rixis & sententiis
nobilitata est quæstio, An Utensilia, vulgò Gerada, juri
Saxon. cognita, in legitimam impotentur? Nos in ne-
gativam

gativam sententiā descendimus, moti textt. tām Juris Civilis, quā Saxonici. Quicquid enim debetur filiis (quorū nomine & filias in præsenti cōprehendo) ut filiis, non ut hæredibus, in legitimā imputari nequit. *arg. l. si arrogator. 22. §. 1. in fin. ibi*: quia hoc non iudicio ejus, sed principali providentia. *ff. de adopt. l. pater filiū. 54. in fin. ibi*: cū necessitate obstrictus & c. *ff. ad L. Falc. l. sequens questio. 68. ibi*: quia ea habiturus esset & c. *ff. de leg. 2. Simon. Pistor. conf. 6. n. 11. post M. Pistor. vol. 2. Andr. Rauchbar dissentiens p. 1. q. 25. n. 25.* At Gerada non venit ad filias tanquam hæredes, sed tanquā mulieris defunctæ proximas cognatas. Potest enim alius esse mulieri hæres in hereditate, alius (vel alia) in Gerada. *Landr. lib. 3. artic. 38. Weichbild art. 23. in fin.* Stirbet einem Manne sein Weib / ihre nechste Niffel nimpt die Gerade: & clarius *in art. 27. in pr. Landr. lib. 1. ibi.* Ein jeglich Weib vererbet zweyerley / Ihre Gerade auff die nechste Niffel / vnd das Erbe auff den nechsten Freund. *Mod. Pistor. p. 1. q. 14. n. 2. cum seqq.* Et huic nostræ assertioni patrocinium ferre videntur textus Juris Saxon. apertissimi *lib. 7. Landr. art. 13. ibi*: Sie müssen in der Theilung wieder einbringen alles das Gut / damit sie abgefondert waren / ob es fahrende Habe ist / sonder Gerade. *Et in art. 57. Weichbild n. 18.* Der Tochter mag man auch geben / das sie nicht einbringen darff / als ihre Kleider / ihre Gebände / vnd ihre Gerade. Nec ullibi in hoc jure textus contrarius reperietur. Aliud tamen observatur iis in locis, ubi Novellæ Electoris Augusti usu receptæ sunt, quo jure contrarium asseritur. *Nov. 11. part. 3. quam sequuntur Danjel. Moll. ad d. Constit. 11. p. 3. Matth. Coler. decis. 57. n. 55.* ubi addit id fallere (1) in sponsa, etiam de præsenti, (2) in Nobilibus, qui liberis suis ex bonis maternis nullam solent dare legitimam. *n. 56. cum seqq.* Et secundū hanc *Constitut.* aliquoties pronunciatum fuisse, testantur Scabini Lipsenses, moti imprimis quinque rationibus, quas hic recensere paginae prohibet angustia,

S. N. D. B.





ULB Halle
003 770 125

3





f

Sb

WOM







ETÆ TRIA-

14
1638,7

ILIO
Magnifico, Nobilissimo &
dine in celebri hac
N A,

9

I D E

Cultissimo & Excellentissimo
RIA Prueschence/
celeberrimo, Consilia-
& Scabinatus Assessore gra-
eptore suo quovis obser-
m prosequendo

ESTIONES

ERSAS EX

DECERTAS

D JURIDICO

ioni excutiendas proponer
mitter

S ECKHARDI,

-MISNICUS.

Junii.

nitus in nullo peccare, divinitatis
tis est. §.14. de confirm. ff.

N Æ

STUS Steinman/

O. XXXIIX.

MI,
Æ

m,

